

duxit Johannam Ferdinandi Catho-  
 lici filiam, per quam regnorum Hi-  
 spanicorum omnium, quæ socer ei  
 cesit, anno MDVI. felicissimus factus  
 est hæres. Et quamvis ante Ferdi-  
 nandum socerum hoc ipso seculi su-  
 perioris anno sexto decederet, Ferdi-  
 nandus tamen anno MDXVI. moriens  
 Carolo ex Philippo genero nepoti  
 florentissima regna reliquit: quæ ab  
 illo tempore in Austriacorum mani-  
 bus fuerunt, ex ordine sibi succeden-  
 tibus Caroli V. filio Philippo II. qui  
 Philippum III. Philippi IV. patrem ge-  
 nuit: hodieque Carolus Philippi IV.  
 filius anno MDCLXI. natus tutela ma-  
 tris Mariæ Annæ, Ferdinandi III. Cæ-  
 saris filiaë iamjam egressus, Hispa-  
 nicorum regnorum est Dominus.

§. CCXLII. Maximilianus autem  
 anno MDXIX. excedens vita in regno  
 Germanico accepit successorem ex  
 Philippo filio nepotem, Hispaniaë  
 Regem, CAROLVM V. Gandavi  
 in Flandria, ubi in præsentem diem  
 ejus